

2931.

1332 d. 19 Juni. *)

Calmar.

Konung MAGNUS stadsfästar alla de privilegier, som Ärkebiskop Carl i Lund, eller dess företrädare, dess kyrka och presterskap erhållit af Danmarks Konungar, förbindande sig, att, om så skulle behövas, förnya dessa privilegier, samt att af de gods, som blifvit honom upplåtna eller framdeles upplåtas i Danmark, godtgöra de förluster, som Ärkebiskopen eller hans folk kunna komma att lida i Konungens tjenst.

Registr. Eccl. Lundens. perg. p. 27.

Omnibus presens scriptum cernentibus. MAGNUS dei gracia rex Swechie et norwegie. Salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis presentibus et futuris. quod venerabili patri domino karolo lundensi archiepiscopo. Swecie primati ecclesie sue lundensi et toti clero suo. omnia priuilegia. ipsis vel suis antecessoribus. a quibuscumque regibus regni dacie indulta. stabilimus. et tenore presencium confirmamus. volentes si necesse fuerit ipsa predicta priuilegia renouare. Preterea. Si dictum dominum archiepiscopum. vel aliquem sibi attinentem. ratione nostri seruicii. dampnum aliquod incurtere contigerit. ipsos de bonis nobis per eos in dacia nunc assignatis vel assignandis. jndempnes penitus conseruare promittimus per presentes Jn cuius rei testimonium et tutelam firmorem Sigillum nostrum. presentibus duximus appendendum Datum Kalmarnie in presencia nostra Anno domini M^o CCC^o tricesimo secundo. fferia sexta proxima post botulphi.

Öfverskrift: Confirmacio priuilegorum ecclesie lundensis per dominum Magnum Regem Swecie et norwegie.

2932.

1332 d. 28 Juni.

Borgaren i Lund JOHAN UBBESON erkänner, att bröderne Lars och Henrik Jonsson återbetalt allt hvad de varit honom skyldiga, hvilka skulder närmare uppgifvas, samt dödar de utgifna skuldebrefven. (Jfr N:o 2190).

Registr. Eccl. Lundens. perg. p. 143.

Omnibus presens scriptum cernentibus JOHANNES VBBÆSSON ciuis lundensis Salutem in domino Nouerint vniuersi. exhibtores presencium laurencium jonsson et hinricum jonsson fratres. mihi omnes denarios et debita in quibus mihi vmquam tenebantur. tam ducentas marchas. denariorum pro quibus idem

*) I *Registrum Eccl. Lundens. perg.* pag. 257 finnes följande anteckning om ett bref, som Gref Johan af Holstein detta år utgifvit, förmödligent innan Skåningarne gifvit sig under Svenska Konungen Magnus: — »Extat vna littera nimis lesa de dato anni domini M CCC XXXII qualiter quidam. Johannes Comes holtzacie et stormarie et capitaneus scanie et syelendie. domino karolo archiepiscopo lundensi cum aliis proceribus terre scanie. commisit redimere castrum helsingborgh. pro sex milibus marcharum puri argenti ponderis coloniensis a quodam domino Egherdo brokendorp. vel suis hereibus cum clausulis suis. quam litteram ob sui lesionem describere non potui.«